

60
CANON DE COELI DOMIBVS FABRI

candis, cum subsequentibus e Ioannis Stoeferi Ephemeridibus
assumptus.



VO D E C I M domos cœli secundum modum commode-
rem, quem rationalem dicimus, facillime construere, digessimus
quinque tabulas particulares pro domibus cœli constituendis, ad
gradus tamen integros, commodissimas. Vnam quidem pro lati-
tudine, eleuatione poli arctici. 4 2. graduum, aliam pro latitudine.
4 5. graduum, tertiam pro latitudine. 4 8. graduum, quartam pro
latitudine. 5 1. graduum, & quintam pro latitudine. 5 4. graduū, tanquam suffi-
sturas toti propemodum Europæ, & præcipue nouitiis, qui astronomicæ disci-
plinæ iam primū indulgent. Tametsi saltum fecimus per trinos gradus, ita quod
pro binis gradibus mediis proprias tabulas non condidimus: Licebit tamen uti
tabula quapiā, primarie quidem & condigne, pro latitudine cui ascribitur. Ratio
nabiliter autem & sine uestigio erroris sensibilis pro duabus latitudinibus col-
lateralibus, quarū una proximo minor est latitudine propriā tabulam habente,
alia autem proximo maiore ea. Et sic tabula latitudini. 4 2. graduū inscripta, duac
bus etiam latitudinibus. 4 1. & 4 3. graduū, non inepte accommodabitur. De-
niq; tabula pro .5 4. gradibus conscripta. 5 3. & .5 5. gradibus seruet. Haud aliis
ter, de tribus reliquis interceptis, intelligendū est. Nunc ad rem ipsam fauste pro-
peremus. Ad meridiem diei pro libito accepti, sume ex Ephemeride motum
Solis cuius signum quære in fronte tabulæ, sub numero polarī tuæ habitationi
conuenienti, aut uiciniori, gradum uero Solis, in linea decimæ domui assignata,
perquire. Quibus inuentis, edirecto gradus Solis dextrorsum, initia quinque
domorum cœli undecimæ uidelicet, duodecimæ, primæ, secundæ, & tertiae, ad
meridiem propositi diei, dicto citius deprehendes. Ipse autem gradus Solis prin-
cipiū regiæ domus, quam decimam appellamus, ostendet. Quod si gradui Solis
minuta aliqua adhæserint, hac lege initia duodecim domiciliorum cœli, tempo-
re meridianō agnosces. Gradum Solis integrum, ut iam exposuimus, in tabula
percontare, ad cuius sedem accipe, extra scribendo, tempus ad sinistrā , & quinc;
domorū undecimæ, duodecimæ, primæ, secundæ & tertiae, initia ad dextram.
Tempus sic extra scriptum confer ad tempus immediate sequens maius, differen-
tiā sumendo, quā tempori iam extra scripto subnecte. Idem fac omnibus do-
morū principiis, suā cuilibet differentiā subscribendo. De differentiā igitur tem-
poris extra notati & minutis Solis, accipe partē proportionalem, secundū pro-
portionē omnibus notissimā ad .60. minuta, quam partem proportionalem im-
mitte in tabellā cuius titulus est, Quatuor minutorū temporis, quē rēdo minuta
in linea minutorū ad sinistrā & secunda (si qua fuerint) aut propinquiora in li-
nea secundorū adhærenti, Differentiā autē domus, puta undecimæ duodecimæ

H 4